Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/321392

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

6.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERM. JOH. ROYAARDS,

Theol. Doct. et Prof. Ord.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PHILIPPUS JOHANNES ROOSEGAARDE BISSCHOP,

ZUTPHANIENSIS.

DIE XX M. FEBRUARII A. MDCCCL, HORA II.

ARNHEMIAE,
APUD J. G. STENFERT KROESE.
MDCCCL.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA G. J. THIEME.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Mulier apud Romanos, constante matrimonio, habebat dominium rerum propter nuptias donatarum.

II.

Condictio furtiva non est actio ex delicto.

III.

Condictio furtiva creditori propter pignus surreptum non datur.

IV.

Qui meretricem rapuit non incidere videtur in legem unicam, Cod. *de raptu virginum*.

V.

Qui delicto a muliere nupta perpetrato laesus, una cum criminali persecutione civiliter ad indemnitatem agere cupit, maritum citare necesse habet, ut adsit uxori.

VI.

Agnitio liberorum naturalium per testamentum publicum irrevocabilis est

VII.

Non facio cum Cons. V. D. BERG, *Proeve over het beheer van den voogd*, p. 156, statuenti: »Eene verdere ge»volgtrekking is, dat de in art. 1722 »al. 3, B. W., uitgedrukte regel evenzeer »van toepassing is, voor het geval, dat »de begiftigde vóór den schenker over»leden is. De schenking gaat dan op de »erfgenamen over."

VIII.

Testator heredes jubere non potest, ut ad tempus quinque aut minus quam quinque annorum in hereditatis communione maneant.

## IX.

Minus recte Cons. DE MARTINI ad art. 1368 C. C. res furtivas adnumerat rebus, quae non sunt in commercio.

## X.

Peregrinus prima instantia reus, in appellatione actor, cautionem judicatum solvi praestare debet, si reus illam requirit.

## XI.

Illi, contra quem in secunda instantia agitur, licet diem anticipare, nec differt, utrum ad brevissimum lege definitum terminum in jus vocatus sit, an ad remotiorem, cum in anticipando nullum terminum observare necesse habet.

## XII.

Commissionarius, qui nomine committentis merces vendidit, harum pretium accipere, imo exigere potest.

## XIII.

Uti hypothecae ex art. 774 C. M nullae sunt, etiam privilegia ex art 315 C. M. non valent in casibus art. 774 indicatis.

XIV.

In art. 412 C. M. impensae itineris non continentur indemnitate legitima.

XV.

Mercator, qui satisfecit obligationibus suis mercatoriis, non autem ceteris, decoctor declarari potest.

XVI.

Miles, qui ad poenam dictam *kruiwagenstraf* damnatus, missus denuo crimen committit, non delicti repetiti (récidive) poenam incurrit.

XVII.

Praescriptio bigamiae incipit a die matrimonii celebrati

XVIII

Minus probanda regula proposita circa ebrietatem in art. 70. Spec. nov legis poenalis patriae.

XIX.

Famulus, qui pecuniam domini nomine exactam, in proprium usum convertit, non incidit in art. 386 n°. 3 Cod. Poen. Contrarium judicavit Senatus Supremus die 24 m. Julii 1849. (*Weekblad v. h. Regt* n°. 1060.)

XX.

Non probanda eorum sententia, qui jus gratiae impugnant.

XXI

Legem fundamentali legi contrariam judex applicare non tenetur.

XXII.

Regis administri a Comitiis Regni socii excludendi erant.

XXIII.

Improbandus art. 139 al 2, Leg. fund

XXIV.

Magnam praeberet utilitatem civitati esse medecinae forensis peritos publico sumtu alendos.